Quaestio Quodlibetaria agitanda in Scholis Medicorum die Iovis 12 Januarii. D.

Joanne Rochon D.M. moderatore prudentiss.

An Excretioni Immodicae potius quam Retentioni medendum?

Cum Nostra Corpora innumeris propè affectibus qui solis partibus ipsum, à Capite tum interioribus tum exterioribus excitari solitis, exposita sint, plurimi tamen et graviores ab excrementorum necessario prodeunt, dum immodice aut retinentur, aut evacuantur. Quod facultatum (qua cum vena cavi potest, altera integra) retentricis et expultricis vitio, eorumque quae excernuntur ~~vitio~~ quantitati vel qualitati molestae, ductuum meatuumque nimiae facilitati, aut difficultati totum imputandum est.

Idcirco Cerebri Cordis non expers ea agendum huius superfluitatibus per nares, palatum, aures, et Cranii suturas, illis etiam excretionibus excludendis dicatas, aut parcius aut profusius se exonerat, Apoplexiam ventriculorum et fibras cerebri, lethalem morbum, Epilepsiam, paralysim sive partis vitio infestante, distillationes pituitosas, à quibus anginas frequentes, sanguinis è naribus praeter naturam etiamsi criticae sint, profusiones, animi defectiones et convulsiones (quae febri supervenientes evadunt) periculosas, tum excretione, tum retentione nimia parit.

Sic et Thorax (cuius solius motu pulmo qui fluxionibus facile opprimitur et liberatur, mundari potest) sputum si statim non prodeat pleuritis catharticis non curanda, in peripneumoniam, cui diarrhoea superveniens malum, empyema, aut phthisim vertitur, febre adiuncta incurabilem, sic empyici in quibus purum et album pus bonum, ex subcruentum malum) cum uruntur, aut secantur, debent autem initio pus si affatim et universe ducatur, moriuntur: Et Haemoptoici, cum rupta vena, plurimus sanguis (quem supra febri malum) erumpit, aegre servantur.

Hinc etiam vomitus à sanguine multus naturalis, phthisicis noxius, diarrhoea peior, Cholera, morbus ferox, lienteria à ventriculi potius quam intestinorum vitio, volvulus non solius ilei affectus pestilentissimus [?], dysenteria ab utraque bile perniciosa, adstringentibus iuvanda, diabetes, raro quidem, sed cum periculo semper incidens, mensium tum immoderata effusio, tum retentio, hydropis (in quo tussis malum) causa, sed utraque illa, quam seminis nimius [?] vitanda, haemorrhoides insaniis supervenientes opportunas melancholicorum proprias, et articulorum dolores, ab interioribus capacitatibus saepe nascentes existere solent.

Eodem denique pertinent fuliginosorum excrementorum à toto habitu, prohibita excretio, et pestifera [?] mater febrium, in quibus et somno timor vel convulsio malum; sudores sive vomitum, sive cohibeantur imbecillitatis indices; aliasque tum excretiones, tum retentiones immodicas omnes malas. Sed cum mala quae ex vitio est facilius evacuetur, quam restituatur quod naturae semel est ablatum, consistentia animalis (cui quidquid exuberat immiscetur) dissoluta, ab illis, quam his maiora et plurimum incommoda suscipiuntur, et difficiliorem curationem habent.

Ergo Excretioni Immodicae, potius quam Retentioni medendum.

Ponebat Henricus Blacuodaeus Scotus. Anno 1670.

Domini Doctores disputaturi.

M. Joannes Bugot. | M. Antonius Duval. | M. Nicolaus le Brand Med. Regius.
M. Robertus Crochon. | M. Euvertius Arragon. | M. Valentinus Hierosme.
M. Henricus de Monantheüil. | M. Lazarus Chenot. | M. Petrus Collier.

F.M.P. BIBLIOTHÈQUE